

1199, Diciembre 8, Palencia

Alfonso IX dota a la reina doña Berenguela con 30 castillos.

(A. Huelgas Burgos, leg. 1, núm. 2. Copia notarial de 1671 en la B. N., ms. 13.064, fol. 140.- Pub. Amancio Rodríguez, Las Huelgas, t. II, pág. 327 .- Cita Flórez, R. C., t. I, pág. 353.)

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis, do in dote uxori mee, regine domne Berengarie filie domni Aldefonsi regis Castelle, ista triginta castella cum alfozis et directis suis. Et si in aliquo castellorum istorum uilla et habitatorum fuerint, ipsi habitatores et moratores eiusdem castelli faciant hominum illi militi qui illud tenuerit de regina domna Berengaria quod sint uasalli fidelis regine domna Berengarie et homnes directos suos ei in pace persoluant, scilicet in Gallecia, Sanctum Pelagium de Lodo, Aguilar de Mola, Alba de Bunel, Candrei, Aguilar de Pedraio; scilicet in terra de Campis, Vega, Castrum Gonzaluis, Valentiam, Cabreiros, Castrum Iudeorum de Maiorica, Villa Lugam, Castrum viride; scilicet in Somocis, Colleum, Portellam, Alion, Pennafiel; scilicet in Asturiis, Ouetum, Sierium prope Ouetum, Aguilar, Gozon, Corel, La Isla, Lugaz, Ventosa, Buangam, Mirandam de Nieva, Buraon, Pennafiel de Aler, Sanctam Crucem de Tineu; scilicet et preter hoc Astorica et Mansella;

Istorum autem XXX castellorum tenet comes Ferrandus Nunii in Asturiis Aguilar, Gozon, Ventossam, Buangam, Ouetum, Sanctam Crucem de Tineu, Tudelam et in Rianno, Alion, Portellam, Pennam fidelen; scilicet, Aluarus Diaz tenet Mirandam de Nieva, Sierum prope Ouetum, Pennam fidelen Dalier, Auiados; Scilicet, Sebastianus Guterrez tenet Buaon, La Isla; scilicet, Petrus Pelaez tenet Lugaz; scilicet, Pelagius Gordon tenet Corel; scilicet, Pelagius Subredina Sanctum Pelagium de Lodo, Aguilar de Mola, Candrei; scilicet, Gonzaluus Johannis Aguilar de Pedraio; scilicet, Osorius johannis Albam de Bueuel; scilicet, Ferrandus Garsie Valentiam, Asturicam et Colle; scilicet, ...

.....

(2ª Col.)

Ex parte regis Legionis sunt isti testes:

.....

Ferrandus Gasie, maiordomus.

JULIO GONZÁLEZ

ALFONSO IX